OBSERVATIONES
FORENSES
SACRI SENATVS
PEDEMONTANI

Ad Supremæ Curiæ praxim, & ad declarationem ſtyli Marchiæ Salutiarum inter ipſas impreſsi,

CVM NOTIS

D. Senatoris Ludouici ab Eccleſia Iſaſchæ, & Ceruignaſci Comitis, pertinentes,

A D. IOANNE-ANTONIO AB ECCLESIA

Salutienſi, Stropi, & Cernignaſci Comite, Barone Tarantaſcha, nuper Ducali Senatore, nunc Status Conſiliario, & ordinario in ſummo Prætorio, necnon Commiſsionum Præſide, collecta, Digeſta, atque plurimis eiuſdem Magiſtratus relatis Deciſionibus locupletata.

Adijciuntur aliquod magis frequentiora Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum Edicta inter ſe diſperſa, necnon geminus Index, vterque copioſiſſimus, vnus Argumentorum ſingularum Obſeruationum, alter Rerum, & Verborum maximè notabilium.

Opus elaboratiſſimum, Iudicibus, Aduocatis, Cauſidicis, cæteriſque Pragmaticis apprimè proficuum, imò neceſſarium.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.

Ex Officina Bartholomæi Zapatæ, *Superiorum auctoritate.* 1668.

LECTORI BENEVOLO.

ILLE apud Principes mos eſt (cùm vnaquæque Prouincia ſuis abundet ſenſibus) municipales populis leges concedere prius inuentas ab vſu, & quæ aſſidua hominum obſeruantia inualuere. Hinc eſt, quod iſtas Marchionatus Salutiarum à Suprema Curia Delphinali anno 1550. ſcriptis demandatas, Inuictiſſimus Carolus Emanuel I. æternæ memoriæ, Sabaudiæ Dux, Salutiarum Marchio, rerum geſtarum gloria, ter felix, benigniſſimè confirmauerit. Verùm cùm temporum varietas legibus ipſis mutabilitatis legem præſcribat, Ludouicus ab Eccleſia Patruus meus, Comes, & Senator lucubrationes quaſdam, & annotationes (tum exceptas è Deciſionibus Auguſtini ab Eccleſia eius Patris, & Aui mei, in ampliſſima Curia Taurinenſi Regij olim Senatoris, tum è nouis Ducum noſtrorum collectas Conſtitutionibus) in lucem edidit, Styluſque noſtrum penè in tenebras collabentem, primò quoad potuit, nitore reſtituto, quaſi deterſa rubigine renouatum illuſtrauit. Hiſce attamen impreſſis legibus, Marchionalis Seneſcalia quamplurima amiſit priuilegia, nouum Præfecturæ nomen aſſumendo, ex quo perſæpè contingit, quòd Cauſidici iuniores, vel ignorata illius obſeruatione, vel propria ambigentes incuria, rurſus immutando prætereant, illorumque multos prius ſeneſcentes aſpicias, quàm talia perfectè intelligentes. Quò circa cùm illius Præfecturæ adminiſtratione aliqua quotidiano vſu, conſuetudineque fori communiter recepta fuiſſe animaduerterim, & alia in deſuetudinem prorſus abiiſſe, præter ea, quæ vigintiquinque annorum ſpatio in Supremæ Curiæ praxi ſæpiſſimè obſeruari perſpexi, illa publicæ editioni committere ſatius duxi, quàm obliuioſa tumulari caligine permitterem. Quidquid autem ſiuè vſus, ſiuè abuſus practicus noſtro ſuppeditare poterat calamo deſcribere nolui, hoc vnum ſatagens, vt ſola obſeruationum in materia Ciuili ad proceſſum iudiciarium pertinentium capita attingerentur. Propoſita compendiosè pertractaui, ne tu ſuperfluis Doctorum allegationibus (Lector benigniſſime) tædio afficiaris, aut argumentorum ſimul colluctantium diſputationibus, iudicij formam noua veluti permixtione ego confunderem. Argumentum fertile ſanè eſt, & propria fœcunditate ſpectabile, dum praxis materia latiſſimè patet; nec nulla me ſpes tenet fore, vt hoc (quidquid eſt ſcriptionis) ſit apud Iuriſconſultos, qui res ſuis examinant momentis, ſiuè ex operis vtilitate, ſiuè ex eorum omnium quaſi in vnum corpus collectione, non nihil ponderis habiturum: Ex his enim fiet, vt qui librorum egeſtate laborat, vel ab annis remouetur iuuenilibus, ne correctum in praxi ius citiſſimè, vt opus eſſet, agnoſcat, Obſeruationibus hiſce (quibus conſulto plurimas addidi eiuſdem Curiæ Deciſiones) magis, ac magis animum ad meliora perficiat. Vale.

Ad Rubricam.

DE IVDICIBVS ISAGOGE DOMINI LVDOVICI AB ECCLESIA

Ad ſtylum Marchiæ Salutiarum.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus debet ab omni illicito quæſtu abſtinere.*
2 *Decreta quæ ſupplicationibus apponuntur nunquam tranſeunt in rem iudicatam.*
3 *Iuſtitia debet miniſtrari abſque premio.*
4 *Munera quæ poſſunt Iudices accipere.*
5 *Iudices debent eſſe iuris, & legum ſcientia ornati.*
6 *Sententia lata à Iudice legum imperito, ſine aſſeſſoris conſilio eſt nulla.*
7 *Officia non debent eſſe perpetua.*
8 *Magiſtratus non poſſunt ducere uxores in ſuis Provincijs.*
9 *Iudices an poſſint eligi de loco.*
10 *Iudices poſt finitum officium, debent reddere rationem adminiſtrationis.*
11 *In redditione Sindicatus, quæ ſint obſeruanda.*
12 *Sindicatus in redditione, quid obſeruetur in Gallia.*
13 *Iudex requiſitus officium ſuum non debet denegare.*
14 *Iudices Marchiæ Salutiarum, in quibus cauſis poſſint cognoſcere.*
15 *Populi Marchionatus Salutiarum non poſſunt trahi ad alios Iudices pro prima, & ſecunda cognitione.*
16 *Quæ cauſæ ex priuilegio ſpectent ad Vicariumfeudalem Salutiarum.*
17 *Iudices Marchiæ Salutiarum, ex priuilegijs habent facultatem in integrum reſtituendi.*

IVdex vt ait Ariſtoteles *5. Eth. cap. 7.* eſt velut iùs animatum ſiuè vt ſcribit *Alber.* iuſtitia animata, & à nonnullis appellatur Medianus, & ſicut iuſtitia nihil propter ſe facit, nihilque ex ſe habet præter
1 vſum ſui, omnia ad aliorum vtilitatem conferens† ſic Iudicem, & Magiſtratū neceſsè eſt ab omni ſordido, & illicito quæſtu abſtinere, & puras, ac mun-
2 das manus habere, *auth. vt Iu. ſic. ſin. quoque ſuffrag.* † & cum decreta, quæ ſupplicationibus apponūtur, ſint leuis laboris, ac preiudicij, poſſintq; ad libitum reuocari, *l. quæ ſuſſr. ff. de re iudic.* nunquamquè tranſeant in rem iudicatam, aut ſaltem refectis expēſis, detur aduerſus ea reſtitutio in integrum, vt grauiter cenſet, *Ant. Sola 13 decr. antiqu. Sabaud. Carolus gloſſ. 2. n. 7.* Nimirum ſi pro eiſdem decretis nihil accipi mandatur; Hinc etiam ab antiquis legiſlatoribus conſtitutum fuerat, Iudices gratis, ac ſine vllo premio nummario, ac ſolius virtutis gratia fieri, *Iulſ. C. ad leg. Iul. repet. & auth. vt Iudic. ſine quoque ſuſſr. coll. 2. Franc. Marc. queſt. 684. in 1. p.* nè ex pretij ſolutione, pretium accipiendi illis occaſio tribueretur: cum vniuerſæ iuſtitiæ, ac Reipublicę peruerſione.

Quid faciant leges vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt.

Qui Magiſtratus emūt, hos quęſtibus aſſueſcere probabile eſt, inquit *Ariſt. 2. politic. cap. 9. Plato 8. de Rep. Saluſt. in oratione ad Cæſarem. Seneca epiſt. 116.* & vt dicebat *Alex. Seuerus* neceſsè eſt, vt qui emit vendat, & propterea optimè ſcripſit, *Feder. ſec. lib. 1. tit. 60. iuris conſtitut. regni Siciliæ.* indigniſſimum eſſe, vt ſacratiſſimum iuſtitię miniſteriū, pretij venalitate quiſquā mercetur, idemquè confirmatur, *decret. antiq. Amed. Ducis cap. 55.* Plura etiam afferunt *Chalard. ad art. 40. ord. Aur. Boye. ad art. 114. ordin. Bleſ.* & paſſim omnes
3 exclamant, pauci obſeruant. Hinc etiam † Iudices ab omnibus muneribus abſtinere iubentur, quia vt ipſe etiam D.O.M. teſtatur, *exodi 23.* Munera excęcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. *Demoſthen. verò Phil. 3.* tum demum Gręciā paſſum iuiſſe affirmat, cum Magiſtratus munera accipere cęperunt. Cum tamen vt Heraclides auctor eſt, omnes Iudices initio eorum adminiſtrationis inter cętera iurarent ſe munera non accepturos, quod, & Plato decreuit, *lib. vlt. de legib. & Romanorum legibus cauetur L. plebis ſcito ff. de off. Præſidis auth. vt litig. iur. in exord. coll. 9. & legibus Feder. Cæſaris lib. 1. tit. 52. & Amed. Ducis lib.*
4 *2. cap. 19. & cap. 39. ſuarum conſtit.* † qui tamen exceperunt eſculenta bidui, vel tridui. Ad quod conferunt tradita per *Chalard. art. 43. ord. Aurel. & art. 51. & 52. ord. delph.*

Et quoniam de hiſce Iudicum qualitatibus, ſermonē habere cępimus, Nō erit fortaſſe ab inſtituto alienum, ſi alia quędā, quę in eis præcipuè requiri vi-
5 dentur, paucis exponamus. † Inter quę illud eſt, vt iuris, ac legum ſcientia ornati ſint, nam vt ait *Plato*

OBSERVATIONVM FORENSIVM SACRI SENATVS PEDEMONTANI

PARS SECVNDA:

In qua declarantur Tituli Styli Marchiæ Salutiarum.

DE { *APPELLATIONIBVS,*
CONTVMACIA,
EXAMINE TESTIVM,
SVSPICIONIBVS IVDICVM.

AVCTORE, ET COLLECTORE

D. IOANNE-ANTONIO AB ECCLESIA

SALVTIENSI, STROPI, AC CERVIGNASCHI COMITE, Barone Tarantaſchæ, ex Dominis Torraciæ, & Marmorito, iam Ducali Senatore, nunc Status Conſiliario, atque in eadem Suprema Curia Pedemontana Ordinario, & Commiſſionum Præſide.

Cum exactiſſimo Obſeruationum, Materiarum, & Rerum Syllabo.

Opus Elaboratiſſimum Iudicibus, Aduocatis, Cauſidicis, Cæteriſq; Pragmaticis apprimæ proficuum.

Cui acceſſerunt Tabula valoris Monetarum ab Anno 1600. & Abrogatarum Reductio ad recentes libras Pedemontanas.

AVGVSTÆ TAVRINORVM, M. DC. LXVIII.

Typis Bartholomæi Zapatæ.

Superiorum permiſſu.